



**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XLIV. De Custodia Evcharistiae, Chrismatis, & aliorum
Sacramentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

Cum Baptismus sit fundamentum & janu
reliquorum Sacmentorum. c. 2. deco-
nat. spir. in 6. Trid. f. 14. c. 2. cit. nemo
capax est alterius Sacramenti suscipiendi (etiam
Eucharistiae, licet conficiatur extra actualem sus-
ceptionem, nisi materialiter tantum) qui bap-
tizatus non est, ideo.

2. Dico. Qui in presbyterum ordinatus est ante
susceptum baptismum, invalidè ordinatus est, &
de novo post susceptum baptismum ordinari debet. c. 1. h. t. præmissis quoque reliquis inferiori-
bus Ordinibus. c. 3. eod. Cœterum, si quis ex
Christianis parentibus natus, & inter Christianos
fideliter conversatus est, præsumptio Juris violen-
ta Baptisini suscepti inducitur. c. 3. cit. inf.

TITULUS XLIV.

*De Custodia Eucharistiae, Chris-
matis, & aliorum Sacra-
mentorum.*

SUMMARIUM.

I. 2. *Eucharistia, Chrisma, & Sacramentalia
quomodo asservanda.*

I. **P**er Eucharistiam hic veniunt species panis
Eucharistici, sub quibus latet Christus
cum Divinitate & Humanitate tota: per
chrisma autem oleum balsamo mixtum ab Episcopo benedicatum, quod à Parochis adhiben-
dum est in Baptismo solenni, seu cum ceremo-
niis

niis ab Ecclesia præscriptis collato: per Sacra-
menta denique Sacramentalia, quæ in confectio-
ne Sacmentorum adhibentur, maximè oleum
tam catechumenorum pro Baptismo, quām infir-
morum pro Extrema Unctione.

Dico. Eucharistia (utī & chrisma, ac olea 2
sacra) sub fideli custodia aserventur sub clayibus,
quas habeat Rector Ecclesiæ, & quidem in ta-
bernaculo mundo sine aliis rebus appositis, ac
in Ecclesia parochiali, & cum lumine. Com-
munis ex c. i. h.t. 2. Oratoria, Vasa, Corpora-
lia, Purificatoria, & Vestimenta sacra conserven-
tur munda & nitida. 3. Profana autem supel-
lectilia (extra casum necessitatis) non reponan-
tur in Ecclesiis. c. 2. eod. Notandum, ne contin-
gat consecratas species Eucharisticas corrumpi,
sæpius & ferè singulis septimanis antiquas sumi
debere, & novas consecrari.

TITULUS XLV.

De Reliquiis & Veneratione San- ctorum.

SUMMARIUM.

1. Quid sint Reliquiæ & Veneratio, quinam San-
cti dicantur vel Beati.
2. Quo pacto venerari liceat Sanctos, & Reli-
quias.

Reliquiarum voce denotantur corpora 1
Sanctorum, vel corporum partes, utī
osfa, carnes, dentes, capilli, cineres
Pars II. &c.